



Jus Canonicum Practice Explicatum

Seu Decisiones Casuum Ad Singulos Decretalium Gegorii Papæ IX. Titulos,
& ad Consuetum Referendi Modum accommodatæ

Complectens dimidiam Decretalium Partem, videlicet nonaginta duos
Titulos, nimirum usque ad Titulum XX. Libri de Feudis exclusivè

Pichler, Vitus

Ingolstadii, 1728

Decisio LXXII. De Parocho Parochiâ moto, & iter Romanum ingresso.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62305)

is, per quam inchoatur nova instantia, & Judicium in longius protrahitur, & Revisionis aut aliorum declarationis generum, in quibus res breviori termino ac viâ finitur. non III. quia in hac quæstione II. non est sermo de recurſu ad Reviſorium Collegium tanquam tribunal superius per viam Appellationis, sed de Revisione

Actorum ſubſidiali, &, ſi ita vocare placet, extraordinaria, in qua breviter & unico ſcripto proceditur, & accuratiori trutina examinantur merita cauſæ, ac prolata prior ſententia, non verò nova inchoatur inſtantia per appellationem propriè dictam ad ſuperius tribunal.

TITULUS XXIX.

De Clericis peregrinantibus.

DECISIO LXXII.

De Parocho parochiâ moto, & iter Romanum ingreſſo.

SPECIES FACTI.

Unus parochus, admodum bibulus, ac propterea à parochianis Rufficus ſæpius in Curia Episcopali accuſatus, indeque commonitus, ut ab hoc vino deſiſteret; ſed identidem reſapſus à præſata Curia per ſententiam ſuo beneficio parochiali privatus eſt. Lucius hoc percuffus fulmine virum egregiè peritum Eccleſiaſtici Juris conſuluit, quid ſibi in his anguſtiis agendum, & an non ſuperſit remedium recuperandi rel retinendi Beneficium. Vir ille ſuaſit, ut quamprimum, & intra 10. adhuc dies iter Romanum verſus arriperet, ibique cau-

ſam ſuam ageret, at certioratâ ſimul de arrepto itinere Curia Episcopali. Lucius huic conſilio obſequens nono poſt ſententiam die iter Romanum ingreſſus eſt, idque per ſpeciales litteras ſignificavit Ordinario ſuo per duos Rufficos ſibi magis benevolos miſſas, qui ſimul teſtes eſſent ſuæ captæ protectionis. Appulſus Romæ cauſam ſuam agere cepit, licet vacuus ferè omni nervo pecuniario, quem dudum abſumpſerat cereviſia Bavarica; interea autem Ordinarius alteri parochiam contulit. Jam

QUÆRITUR,

Utrum hæc profectio Romana habuerit vim appellationis, ita ut nova collatio tanquam attentatum sit cassanda?

Videtur, quòd non. I. quia Lucius in suis litteris ad Curiam Episcopalem datis nec verbulò indicavit, se appellare ad Curiam Romanam: ergo hæc profectio non habet vim appellationis; cùm actus non operentur ultra intentionem operantium, intentionem autem appellandi non expresserit Lucius iter Romanum arripiens, adeoque ea non sit præsumenda. II. quia *c. un. h. t.* tantùm prohibet, ne extrajudicialiter aliquid attentetur contra iter ingressum: ergo inter attentata non est reputandum, quod *Judex* disponit contra talem: ergo nova privatio, à Curia Episcopali facta, subsistit, & attentatum non est, nec revocanda aut cassanda.

Verùm dubitare non finit, quin hoc iter susceptum habeat vim appellationis, & nova collatio Beneficii, utpote facta lite & appellatione pendente, pro attentato, seu pro actu cassando habenda sit, dispositio *d. c. un. h. t.* quod sic habet: *cùm hi, qui accedunt ad presentiam nostram (Pontificis) cum rebus eorum debeant esse sub Apostolica protectione securi: mandamus, quidquid eidem presbytero post iter arreptum ad nos veniendi subtractum vel ablatum, sibi restitui faciatis.* Ergo nova collatio, qua in effectu &

executive beneficium parochiale ablatum, & alteri collatum est, non est aliud quàm attentatum, necessarium retractandum & tollendum ante omnia, cùm hujusmodi iter intra decem dii spatium arreptum reputetur pro appellatione reali. DD. in *c. un. de app. c. 52. de appellat.*

Cui dispositioni nihil derogat contrarium allata. Ad I. ajo, hæc Lucius in litteris non expresserit, appellare, ipsum tamen *Jus in d. c. 52. c. 52.* satis expressit, per arreptum itineris Romani appellationem fieri; cùm appellatio hæc factò, non verbis, censeatur interposita, per *52. cit.* & hujusmodi peregrinatiocepta plùs operetur, quàm appellatio verbalis, eò quòd etiam relevet in onere petendi apostolos, quòd non operatur appellatio verbalis. Antiquar. in *c. 6. de appellat. in 6. n. 3. n. 4.* Ad II, quia dispositio *c. un. h. t.* generaliter prohibet, ne quid attentetur contra proficiscentes Romanos, ut sint sub Apostolica protectione securi, etiam generaliter est intelligenda, non tantùm de attentato à privatis, sed à Judice post iter arreptum. Et sic generaliter accipiunt Doctores. Atque hoc idem intelligi debet de causa, quòd quis litem sibi moveri intelligens ad Sedem Apostolicam iter ingressus est.

vel nuntium direxit, modo non prius
vel citatione praeventus fuerit, vel
cognoverit ante arreptum iter, cau-
sam jam fuisse à dicta Sede alicui com-
missam seu delegatam; tunc enim
perinde est, ac si ad Sedem Apосто-

licam provocasset, ita ut Judex alius,
coram quo fuisset conveniendus, pro-
cedere contra ipsum nequeat. *c. un.
cit. c. 9. c. 30. de appellat. P. Wiestner
ad h. t. n. 2.*

TITULUS XXX.

De Confirmatione Utili, vel Inutili.

DECISIO LXXIII.

De Confirmatione donationis Decimarum à Ponti-
fice facta, & coram Episcopo impugnata.

SPECIES FACTI.

Wilhelmus Germaniæ Princeps
fundato à se Hospitali assi-
gnavit, & cum consensu Episcopi do-
navit decimas satis magni districtus,
atque hujus donationis confirmatio-
nem à Sede Apostolica impetravit:
Successor Wilhelmi has decimas re-
cupere cupiens donationem tan-

quam invalidè factam impugnavit co-
ram Episcopo. Sed Hospitale pro-
vocavit ad Summum Pontificem; qui
donationem confirmavit, & Episco-
po potestatem esse cognoscendi de
actu per Pontificem confirmato ro-
tundè negavit. Proin resolvenda est

QUÆSTIO.

Quæstio. An Episcopus cognoscere possit de hac donatione Decima-
rum à Pontifice confirmata?

Non desunt fundamenta Juris pro
facultate cognoscendi ex parte
Episcopi, uti l. Confirmatio hæc Pa-
palis fuit data solum in forma com-

muni: Sed talis confirmatio Superio-
ris non impedit cognitionem inferio-
ris. per *c. illa 2. ne Sede vacante. & c.
quia diversitatem 5. de concess. preb.
ergo.*